



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si  
Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas  
Semper Adest**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 1. Iudices iniustos, meritò metuere posse. si quis, ab illis, ad  
supremu[m] iudice[m] appellat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52306](#)

tribunal, magna voce, citaret: Vade, inquit, Gonsalauus, festināq<sub>3</sub>, confisus optimo indici, & causam instrue. Nam ibi, pro me aderit, qui opportune respondeat Alfonsus frater; qui nuper ex Serra Vermegia, in cælū contendit. Tum enim Gonsaluo nunciatum fuerat, fratrem à Mauris circumuentum, dignam fortipioq<sub>3</sub>, dulce mortem oppetisse. Ad horum exemplum quisquis est innocens, potest meritò spernere temerarios prouocatores. Non sunt audaces isti Leontisci, apud Deum, tanti, vt, ad illorum arbitrium, forum agat: *Vobis luntatem timentium se facit; Deum timentes, nihil mali petunt, aut dictant. Mali homines non sunt boni Dictatores.*

Psal. 144:  
19.

## CAP. VI.

*Ob eiusmodi citationes à Deo exauditas, magno diuinorum iudiciorum metu affici debere alijs iniuriosos, cuiuscunq<sub>3</sub> status aut conditionis sint.*

## §. I.

*Indices iniustos, meritò metuere posse, si quis, ab illis, ad supremum iudicem appellat.*



T etiam exemplum faciat Deus, & grandes grandium iniurias, si-

I 2 milis

mis exitus metu , refrænet , sæpe preces & vota citationésque exaudit eorum, qui vel à Principibus aut iudicibus iniustè damna-ti , per vim , ad mortem trahuntur , vel a-trocem calumniam patiuntur, à qua eos a-lius nemo defendit. Itaque , intra condi-ctum certum tempus , aliqui ita citati è vi-ta extruduntur , judicij sui iudicium sub-ituri ; qui alioquin adhuc diu superuixi-sent. Longanimis quidem est Deus , & dor-mire multis videtur , sed sæpe etiam repen-tè , & in furore , arguit peccatores ; præ-sertim cum innocentia iustitiāq; oppressa ad eum de terra clamat . Qua de caussa

**Psal. 4. 2.** Psaltes ait: *Cum inuocarem , exaudiuit me Deus iustitiae meæ.* Et multi sunt , qui vim passi Dei manum , non irritis votis , inuo-cauerunt , atque idcirco , nunc , in cælo ,

**Psal. 9. 1.** canunt: *Confitebor tibi , Domine , in toto cor-de meo : narrabo omnia mirabilia tua , inter quæ est illud: Quoniam fecisti iudicium meū & caussam meam : sedisti super thronum , qui indicas iustitiam.* Nam quia iudices sæpe vel ignoratione errant; vel affectu præcipitant sententiam ; vel dubia pro certis arripiunt, vel probabilem contrarij metum dissimu-lant ; meritò & ipsi à supremo omnium iu-dice

dice Deo, cum iudicijs, iustitiisq; suis, iudicantur; atque extra ordinem plectuntur, qui alios, contra ordinem, tyrannica crudelitate, puniuerunt.

§. II.

*Dux immitis, à milite citatus, ad diuinum tribunal, dicto die, & hora, moritur.*

Huius rei, præter superiùs commemorata exempla, vtile erit & alia recensere. Atque ut, modò dicto militi reo, militem innocentem opponam, narrat Guilielmus Ferdinandus ab Effrem de Germano milite, iuuene, si ætatem spectes, si ingenium, faceto; eum, cùm, horâ constitutâ, ad excubias vocaretur; in militum corona stan tem, per iocum, dixisse: *Redeunt ad nos excabiae, utinam pecunia nuncius rediret!* Quàm multis iocari capitale fuit! Neque enim animus dicentis & auris audientis semper solent consentire. Adfuit ergo, inter commilitones, etiam tribunorum aliquis, qui exceptum hoc verbum, tanquam seditiosum, ad archistrategum retulit. Concilium illico vocatur. Trahitur in crimen vox ioco prolata. Censetur miles tumultum facere voluisse. Capitur. torquetur. *capitis* damnatur. Non illum excusatio,

Guilielmus  
Ferdi. ab  
Ephré. in  
Manuali  
Politico.  
lib. 5.

part. 3.